

prava et studiosa. Nā dispositio discipline genus est.

Locum quemdam nobis assignat quo uti poterimus ad problemata in quibus proponitur ostendere contraria eidem inesse, eū quod circa sensum est rectitudo et defectus, vel circa opinio nem verum et falsum. Hic autem locus inquit considerandum est se in genere propositi quoddam si fuerit genus ipsius contraria insunt, et si fuerit hoc ita se habens eodem utentes demonstrabimus, quia etiam circa propositum sunt contraria, eū quia sentire est iudicare aliquid. Nam genus sensus est iudicium, nam iudicamus non solum sensu, sed etiam recte. Et iudicare possumus recte et male, quocirca etiam ipsi sentire ambo insunt, rursus si apprehensio est vera et falsa, erit etiam opinio. Nam species apprehensionis existimationisue est opinio, sic igitur à genere incipientis de specie possumus ostendere quod contraria eidem insunt. Item etiam econtrario à specie incipiendo possumus ostendere de genere. Nam si queratur an dispositio sit prava et studiosa inuenientes in aliqua specie alicuius dispositionis hæc ambo, per eandem ostendere minus, quod verum aliquid ambo insunt, ut quia ars est species dispositionis, nam dispositio solum scientie et artes, sed etiam virtutes, sed inest arti prava et studiosa, nam artium alie sunt prave, alie vero sua iuste, nam nomine scientie communius pro arte utitur, inest etiam dispositioni cum sit genus artis pravae et studiosae, similiter rursus si opinioni falsum et verum insunt, etiam apprehensioni.

Primus autem locus falsus est ad construendum, secundus autem verus, non enim necessarium quæcunque generi insunt, et speciei inesse. Nam animal est volatile, et quadrupes, homo autem non. Quæcunque vero speciei insunt, necessario et generi. Si enim homo studiosus, et animal studiosum est. Ad destruendum autem et primus quidem verus, secundus autem falsus, quæcunque enim generi non insunt, neque speciei. Quæcunque vero speciei non insunt, non necesse est generi non inesse.

Cum dixerit fieri constructionem illius quo dicuntur opposita alicui inesse, et à genere speciei et à specie generi, inquit, de scientientium à genere in specie, et si propter quid generi opposita insunt et existimata eadem eidem speciei inesse falsa sunt, sed à specie in genere descendencia vera esse inquit, et huius causam tradit. Nam quia non necessarium est quæcunque generi insunt et speciei inesse, ob id non est verus primus locus. Nam quæcunque in substantia generis sunt complementa ipsius esse, hæc necesse est et speciei insunt, quia generi a utroque de speciebus prædicantur, sed quæcumque accidunt generi, non profus et hæc unicuique speciei necesse est accidere. Nam accidere generi dicuntur et quæcumque alicui uni speciei earum quæ in genere accidunt, vel etiam in substantia est ipsius, eū animalis accidit albus, quia cygnus cum sit animal est albus. Porro quæ dicuntur sic accidere generi non necesse est etiam speciei accidere, sed neque quæcumque insunt generi huic in substantia sunt alicuius speciei sub ipso, sed non ob id et omnibus sub animalis, sed ut accidunt insunt generi et opposita, nam impossibile est in substantia alicuius generis esse opposita, nā sic similes essent opposita et inseparabilia in eodem, sed quia eorum quæ sub genere sunt, alia talia sunt, alia vero hæc, ut prava et studiosa, vel alba et nigra, quia ratione dicuntur op-

posita esse in genere. Item eo quod diuiduntur oppositis differere, ipsi sic insunt generi. Nam sic in animalis quadrupes et non, ideo non sufficiens est ad ostensionem huius quæ opposita speciei insunt, ostendere generi eadem opposita inesse. Veritatem qui ostendit speciei alicuius generis inesse opposita, profus demonstravit hoc. et generi eiusdem inesse eadem. Nam quia species sub genere est, necesse est etiam omnia quæ insunt speciei in genere esse, et his quæ sub ipso, nam unius saltem verum est quæcumque in specie sunt etiam in genere esse, nam si idem erat illud in aliquo esse cum hoc omni inesse, non esset verum hoc quæcumque in specie et in genere. Nam rationale et bipes in homine quidem est, sed mini me et in animalis esset, quia non omni animalis inest, sed neque album esset in homine, quia non in omni, nam contrarium verum est hoc, quæcumque in genere etiam in specie, sed quia non idem est, nam species in genere in quo est etiam homo in animalis, non tamen omne animal homo est, neque omne genus species necesse est fieri, quia quæcumque in specie sunt, eadem in genere etiam contenta ab eodem sed cum ostendit ad constructiones locum à generibus de speciebus construendum falsum esse, et locum à speciebus de generibus verum, econtra inquit se habere in destructionibus, nā cum esse verum locum dicit quod non inest generi, idem non inesse speciei ostendit, nam quod non est in animalis, profus neque est in homine, sed illam locum qui nititur ostendere quod non inest speciei, hoc idem non inesse generi, falsum esse assertit, nam quadrupes, vel irrationale non inest homini, non tamen ob id neque animalis. Causa autem huius est, quia in plus est genus quam species. Nam quod inest alicui existenti in plus quam aliquid aliud hoc non necesse est etiam inesse ipsi in minus, et sub ipso nisi in sit omni in plus se habenti. Quod vero existenti in minus et sub aliquo communi inest, hoc necesse est etiam existenti in plus et continenti hoc inesse. Rursus econtra quod non inest alicui existenti in plus, neque alicui eorum sub ipso inest, nam si inest ipsi in minus, necesse est in illo speciei quod quidem genus ipsius. Si autem aliquid non inest existenti in minus, non necesse non inesse ipsi in plus, nam alicui aliquid inexistenti sub genere potest in illo esse, ut quia animalis non inest inanimatum, neque alicui eorum quæ sub animalis. Similiter quia hoc sine sensu esse non inest animalis, neque alicui speciei eius inest. Quod si quis calumniari prædicta tentarit, et dixerit homini inesse ipsum esse sub animalis, non amplius autem et animalis. Non enim est animal sub animal, attendendum est quod etiam animalis inest hoc sub animalis esse, nam eū quod est animal aliquid inest, et ipsi animalis inest: sed homini qui est ali quod animal inest sub animalis esse, quare et animalis, nam minime ponebatur hoc in aliquo esse, quod in omni eidem est.

Quoniam autem necessarium est de quibus generis prædicatur, et specierum aliquam prædicari, et quæcunque habent genus, aut denominatiue à genere dicuntur, et specierum aliquam necessarium est habere, aut denominatiue ab aliqua specierum dici. Vt si de aliquo disciplina dicitur, et grammatica, aut musica, aut aliqua aliarum scientiarum prædicabitur. Et si aliquis habet disciplinā, vel denominatiue à disciplina dicitur, et grammaticā habebit, vel musicā, vel aliquam aliarum disciplinarum, aut denominatiue ab aliqua eorum dicitur, ut grammaticus, vel musicus.